

Index Capitum.

Gesta Agamemnonis, & Orestis ejus filii post Troianam obfidionem.	77
Gesta Ulyffis post bellum Troianum.	78
Historia Æneæ.	82
De fabularum veritate.	87

LIBER III.

De honoribus, quos Ethnici Diis suis exhibebant. 92

P R Æ F A T I O.

CAP. I. DE statu in Deorum honorem consecratis.	94
De Templis inanum Deorum.	96
De Sacrificiis in honorem Idolorum constitutis.	98
De Sacerdotibus & Sacrificiis Deorum.	101
De festis eorum solemnioribus.	104
De ludis, quibus Græci Deos suos venerabantur.	106
De spectaculis Romanorum.	110

F I N I S.

HISTORIA
P O Æ T I C A

Ad faciliorem Poëtarum & veterum auctorum intelligentiam.

LIBER PRIMUS.

De Diis Majoribus Ethnicorum:
CAPUT PRIMUM.

Historia Saturni.

DEorum antiquissimus, ut Poëtae fabulantur, Cæli fuit: inter alios, quos suscepit liberos, Tempus peperisse dicitur, quem Saturnum vocaverè, qui per summam impietatem Patris virilia falce præcilla in mare projecit, ex quibus subinde undarum fluctibus agitata, accedente etiam spiritâ; Deam Venerem progenitam esse quidam putavèrè.

Saturno natu grandior frater, Titanus fuit, ad quem hoc nomine in Regnum successio pertinebat; hoc tamen jus suum fratri ultro concessit, ut cum matris Vestæ, tum etiam Cybeles sororis suæ voluntati genioque obsecundaret; eâ tamen lege, ut Saturnus nullam prolem masculam educaret, & mundi imperium ad suos revolveretur.

Consuperat propterea Saturnus quoscumque suscipiebat masculos, ut primum lucem aspexerant, devorare, Cybele tamen, editis in lucem uno partu Jove & Junone, hanc solam ei ostendit, Jovem autem Curetibus, quos de Corybantâs vocant, clam patre educandum tradidit. Hi

ne fraus in lucem erumperet, nec suis infans vagitibus clamoribusque proderetur, novum ludi genus excogitarunt, quo certis mensuris legibusque incedebant, unde Dactili Idæi vocabantur, quod certos illos gradiendi modos Dactyli appellarent, atque ita palmulis instructi mutuo concurrentes, certis spatiis numerisque sese vicissim impetebant, quo concursantium strepitu effectere, ne Jovis vaglentis voces ad aures Saturni pervenirent.

Aliis postea prolibus auctus est, Plurone scilicet & Nopuno, quos tandem Mater Paris galæ subductos clanculum nutiri voluit: cumque aliquando quid in lucem protulisset marito ingenti ostendere cogere, lapidem ostendit, quem è vestigio devoravit. Sed Titanus comperiã fraude, videns occultis machinationibus sibi obstacula obijci, quo minus in Regnum ex pacis iurejurando firmatis succederet, vocatis in belli societatem filiis suis Titanibus arma in Saturnum sustulit, & vicium cum Cybele conjuge in carcerem compegit, quo tam diu detenti sunt, donec Jupiter ætate jam robustos eos inde liberavit: sed cum Saturnus comperisset, ab uno se filiorum è folio deturbatum, Jovi sibi suspecto struxit insidias, sed fatales sibi. Nam Jupiter hoc facinore irritatus, arma in illum cepessivit, belloque tam felicitate profecurus est, ut Regno exutum caelo cedere compulerit. In terram igitur migravit, latuitque in Italia, quæ inde nomen *Latinæ* accepit. Hic à Jovo illius Regionis Rege perhumaniter acceptus, in terras, ut fama est, auream illam ætatem totius celebratam attulit, cum tellus nullius labore culta bona omnia uberrime proferebat, & *Astræa*, alio nomine *Iustitia* nuncupata, hic regnaret, hominibus æquo parique jure viventibus, & perfecta vitæ societate amicitiaque conjunctis. Hic Janus in numerum Deorum illatus est, tum ob beneficia in Saturnum, collata, tum quod omnium ejus ætatis principum sapientissimus esset, & rarâ præteritorum futurorumque scientiâ celebris haberetur. Quam ob causam biceps depingitur, *Numa Pompilius Romanorum*

Rex templum ejus honori exstruxit, quod belli tempore fitebat semper, & non nisi pacis tempore claudebatur.

CAPUT II.

Historia Cybeles.

Cybele Saturni uxor variis nominibus vocata fuit; nam & *Dyndimena*, & *Berecynthia*, & magna Mater dicebatur, five quod Deorum Parentis; seu quod Telluris, unde tam diversa producutus, Dea haberetur, ut capite XII. sub initium referemus: eandem ob causam *Ops* à Latinis, & à Grecis *Rhea* appellabatur.

Curvâ legibus tracto vivebatur. Ludi solennes, Megalentes dicti, quarto quoque mense in ejushonorem celebrabantur, in quibus Corybantes ejusdem Flamines sacro correpti furore, inter confusos cymbalorum, tubarum, aliorumque instrumentorum strepitus quasi furis agitâ discursabant. Idem à Gallis Phrygiæ populis servabatur, qui capitis jactatione & totius agitatione corporis in rabiem agitantur, dein lymphatorum more digladiantes, mutuis se vulneribus conscindant, & tandem finientes ad fluvium aliquem eidem Dææ sacrum, vulnera lavaturi properant.

Cybele etiam quandoque *Vestis* nomen tribuitur: sed in hoc Poëtâ pro solenni suo sibi contradicunt. Vestiam mox Saturni conjugem, mox Matrem, mox sororem, mox etiam filiam nominantes, atque eidem personæ, quæ pluribus conveniunt tribuuntur, quemadmodum etiam cum de Jove, Hercule, aliisque meminerunt. Ut ut sit, Cybele, cum *Vesta* dicitur, est Dea ignis præles, quam Numa Pompilius variis Ceremoniis apud Romanos honoravit. Nam & ignem consecravit, quem æternum appellabant, quod in altari, ejus honori sacro, eum perpetuo ardere voluisset. Ideoque virginis Sacerdotum munere functionas instituit, quæ Vestales dicebantur, in quas severâ animadvertetur, si earum negligentia sacer ignis re-

stingueretur; qui quidem non nisi solaribus radiis rursus accendi debebat. Hæ Vestales & familiis Romæ nobilioribus seligebantur, quæ quamdiu hujus Deæ sacris occupabantur, perpetuam virginitatem servare jubebantur. Si quæ contra hanc legem deliquisset, viva sequebatur.

CAPUT III.

Historia Jovis.

Jupiter Saturni & Cybeles filius, patre in fugam actio mundi imperium suus inter fratres pariter, Neptuno aquarum & Plutoni Inferorum imperium permisit, sibi vero Cœlum vindicavit. Rex hominum dictus fuit & Deorum parens, solus potens jacere fulmina, & reliquo orbi summa cum potestate moderatus. Tellus tamen ab eo Titanas fulmine percussos indignata, horrenda monstra enormis magnitudinis produxit, à quibus oppugnatus inde pelleretur. In hunc finem in Phlegreis agris Testalæ collecti, alios atque alios montes superjecerunt, quibus veluti scalis cœlum oppugnant, & rupibus aliis, que validis machinis impetunt. Inter alios neminantur Enceladus, Briareus, & Egeon Centimanus, qui centum simul saxa immania in Jovem jaculabatur. Sed inter omnes insignis fuit Typhoeus quidam, qui & mole corporis & virium robore omnia ista monstra facillè superabat: parte altera hominem, serpente altera referebat, ut aliorum plerique, ignes ore flammæque terribilem in modum evomens. Dii, qui suppetias Jovi allaturi venerant, terribi in Ægyptum se fuga abripientes sub vacuis animantium formis latere. Solus Jupiter tantâ vi se eorum furoribus opposuit, fulmina in eos intorquendo, ut tandem superior, & victor, omnem illam Gyganum gentem funditus aboleverit, raptosque ad stygem in vinculis tenerit, altissimis montibus ut Ætânâ, aliisque super injectis, ut nullus resurgendi locus relinqueretur. Interca dum hæc geruntur, Prometheus primos homines ex

luto & aqua formavit, & ablato è cœlis igne animavit. Quo iratus Jupiter justit eum à Vulcano in monte Caucasu catenis ferreis alligari, voluitque ut aquila, vel vultur partem ipsi jecoris in dies singulos depascere, nocte insequenti semper renascentem, ne novis quotidie cruciatibus nova unquam desesset materia; quo in statu tam diu miser relictus est, donec invidiâ Herculis fortitudine in libertatem assertus est. Sed Jupiter hæc punitione non contentus, Pandoram ipsi opposuit, mulierem illam admirabilem, Deorum voluntate à Vulcano fabricatam, in quam singuli singulas doctes raraque decora contulerant. Hæc à Jove subornata Epimetheum Promethei fratrem convenit, obtulitque pyxidem omni malorum genere refertam, quâ ab ipso incautè apertâ, pestes omnes in humanum genus latè diffusæ sunt, solâ Spe in fundo latente.

Jupiter omni jam hostium metu liberatus, ad suis fruendum voluptatibus se convertit, laxata ad improbilissima quaque, maximeque infamia, libidine. Ut enim nihil dicam de incestuoso cum Junona sorore concubitu, quam in uxorem accepit, ut taceam Ganymedem Troie Trojanorum Regis filium, quem ipse Aquilam mentibus rapuit, quid omisit turpidinum ut pudendam adeo libidinem satiare? ut cum Tauri formam induit, ut Europam abriperet Agenoris Phœnicæ Regis filiam; qua pars orbis nobilissima nomen accepit. Ita quidquid diligentia adhibuit Argorum Rex Acrisius, Danaen filiam in turri ænea includendo, Jovis tamen insidias eludere non potuit, qui in imbrem aureum transformatus, per turris fastigium sibi aditum patefecit, modumque invenit cupiditatem explendi, unde natus Perseus, de quo suus erit postea dicendi locus.

Longum foret cæteras ejus obscenitates, profligatas, que libidines enarrare: in ipso historici contextu locus erit nonnulla attingendi. Hoc tantum dicam cum Terulliano, mirum non fuisse homines videre omni spurcitarum genere abominandam duxisse vitam, cum Deo

colerent, quorum exemplis, & incurrendæ coram
offensionis metu, ed trahebantur.

CAPUT IV.

De Junone ejusque liberis.

Juno Deorum Regina, & Regnorum ac divitiarum
Dea vocata est, quod Jovis uxor esset. Nuptiis eadem,
Partibusque præfecta, hoc nomine in variis templis æ-
aris ipsi consecratis colebatur. Heben juventutis Deam
peperit, cui tantam apud Jovem gratiam conciliavit, ut
ejus mens ministraret, & nectar ipsi propinandum in-
funderet, donec in ejus locum Ganymedes, de quo supra,
subrogatus est. Genus & Valseanum, sed vix natum Jupi-
ter, ejus deformitatem desertatus, pede à summo celo
præcipitem egit, qui in terram prolapsus tibiis fregit,
unde perpetuo claudicavit. Idem grandior factus ad a-
bilem artem animum adject, operâ Diis elocata, sed ma-
ximè Jovi, cui salmina proeudebat. Officinas habuit, non
modo in Insulis, Lemno & Lyparâ, sed etiam in monte
Ætnâ. Famulis utebatur Cyclopiibus, quos ita nomina-
bant, quod unum tantum oculum in media fronte ha-
berent, quorum nominatissimi fuere Brontes, Sero-
pes, & Pyracmon.

Sed ut ad Junonem redeamus, narrant Poëtæ eam à
Jove aversionem concepisse, quod ex eo sibi offensum
putaret, quia sine ejus opera Deam Palladem, alias Mi-
nervam, solus progignere voluerat. Hæc ex ejus cerebro
toto cataphracta corpore, laaceam manu prætendens,
exiit pyrrieham sckando, quod salutationis genus mi-
litarium hominum proprium, à Pyrrho Achilles silio in-
venuto, ad numeros carminis illius agebatur, quod
Hyporchematicum appellabant. Propterea Dea bellorum,
prætorumque præses habita est, licet variarum artium
atque scientiarum, quæ pacis ornamenta sunt, ipsi in-
ventio tribuatur, quam ideo Athenienses singulari cultu
pro-

prosecuti sunt, festis diebus ejus honori consecratis, cu-
jusmodi erant Panæthenæ, quæ cum variis gratiisque
spectaculis celebrabantur. Juno autem Jovi propter Pal-
ladem offensa, parere etiam ipsa sine viri commercio
voluit; quod & perfecit; ut testatur Ovidius, floribus
alicujus contacta, quem Dea Flora ipsi designaverat, un-
de Martem peperit, qui belli & exercituum, æquè ac
Pallas, Deus fuit.

Famulum habebat Argum nomine, cujus operâ ad
observandas Jovis actiones utebatur, erat enim undique
oculis plenus, quorum alterâ parte sopitâ somno, alterâ
vigilabat. Hunc tamen Argum Jovis imperio Mercurius
fistulæ cantu consopitum interfecit; quem Juno in fidei,
in explorando præstitit præmium, in pulchrum Pavo-
nem convertit, qui multicolore plumarum firmate,
oculorum, quos antè habuerat, multitudinem adhuc
repræsentat.

CAPUT V.

Historia Apollinis & Solis.

Jupiter Junonem pertusus, amores suos in Latonam
transfudit, cum qua congressioquebat sæpè, multaque
benevolentiz significatione loquebatur. Unde Juno
tantâ Zelotypiâ & æmulatione exarsit, ut Pythonem
stupendæ magnitudinis serpentem ex varia putrique ma-
teria post Deucalionis diluvium, de quo infra productum
in eam immiserit. Et ne Latona monstri istius rictum
effugere posset, Tellus adpromisit, nullum alium locum
se fugituræ permitturam, quam Delon Insulam, quæ
tunc aquis latè depressa per Oceanum huc & illuc passim
ferebatur. Sed Neptunus Latonæ faventis beneficio super-
navavit, ut misera profuga jam vicina partui securum ibi
domicilium, ubi extrâ periculum lateret, nancisceretur.
Ita illic appulsa Dianam & Apollinem in palma castâ
reperita in lucem edidit. Cum Apollo adolevisset, matris

injurias à Pythonè Serpentè acceptas ulturus, sagittâ eum confixit, non tamen sine conflictu, quo durante, voces ingeminantium *Io Patris* exâulsiabantur, unde manavit consuetudo eos in ludis publicis, victoriis, & triumphis celebrandi.

Hoc facinorè perfusus filium suscepit nomine *Aleculapum*, quem *Chironi* Centauro educandum & medicinæ præceptis informandum tradidit, cujus postea Deus creditus est. Hic Jovis fulmine ictus perit, quod miserum *Hyppolitum* à propolis rapturum & disceptum equis, cum patris iram declinaret, ut in *Thesei* historia videbimus, vix restitisset. Mors *Aleculapi* Apollinem plurimum affixit: altrurus itaque injuriam, cum in *Jovem* nil posset, *Cyclopes* interfecit, qui fulmen conflagrant, quo percussus interierat. Sed *Jupiter* gravissimè irritatus, eum è coelo proserpsit, & ad tempus divinitate privavit.

Exul ergo, & omni divinitatis jure exutus, extremis miseris, & rerum omnium inopia sic consistari cœpit, ut vivendi conditionem querere coactus, operam suam in pascendo grege *Admeto* *Thessaliæ* Regi obtulerit, quæ causa fuit, cur *Pastorum* Deus habius fuerit, eique lupus, ovium inimicus, hoc nomen in sacrificium offerretur. Boves die quâdam pascendi unum *Mercurius* eripuit, & injuriam querenti; pœnasque reposcenti, pharetram ab humeris etiâ abtulit; ita ut omnis inter eos controversia in risum recideret.

Tanta calamitas à pollinem impedire non potuit, quominus infans *Daphnè* alicuius amore caperetur, quæ persequentem præcantis amores aversata fugiens, in laurum transfata est. Neque hic fœt miseris infelicitas; cum enim aliquando cum charissimo sibi adolescentulo *Hyacintho* dilecto luderet, eum imprudens iniecit; unde natus flos *Hyacinthus*, in quem à Tellure casuram funesto indolente, convellus est. Sed neque hic finis miseria-rum fuit: nam *Apollo* timens eos, qui in morte *Hyacinthi* lætos se putabant, *Troiam* versus profugit, ubi cum *Neptuno* congressus est qui Jovis etiâ grata exciderat.

Pla-

Placuit utrique, cum ad extremam se calamitatem redactos cernerent, *Laomedonti* Regi, in ædificanda civitate, quam moliebatur, operam suam addiscere. Sed promissa mercede frustrati, injuriam ulcisci decreverunt. Quare prope absum, ut Rex cum universo populo immensus à *Neptuno* undis obrueretur; *Apollo* autem lucem adeo pestilentem immisit, ut ingenti hominum strage omnia popularetur.

Laomedon tot malis appetitus, quâ ratione mederi posset, Oraculum consulit, à quo responsum accepit, unicum iratos Deos placandi medium esse, si in marinis rupibus *Trojanam* *Virginem* ab æquoreis monstris devorandam quotannis exponeret. Contigit igitur mi è ando fato, ut fors in *Hesione* Regis filiam caderet. Sed *Hercules* ad ea monstra oppugnanda, eamque liberandam eâ lege se obtulit, ut quos *Laomedon* equos divino prognatos semine asservabat, eos mercedis loco acciperet.

Sed tamen à perido impetrare non potuit, licet periculo *Hesione* exemptisset. Cujus rei indignitate commotus in Civitatem ferre flammaque deservire constituit. *Laomedontem* interemit, eique filium in captivitatem abduxit, qui deinde à *Trojanis* representato *lytro* redemptus, nomen inde *Priami* sortitus est, ut sequenti libro narrabitur.

His periculis feliciter perfusus *Apollo*, & Divinitatis dignitatè restitutus, inter Deos brevi tempore facile celeberrimus evasit, non modo propter varia quæ in aliis atque aliis terræ Regionibus eadebatur miracula; sed etiam ob diversas functiones & munera ipsi attributa, tum denique ob *Heroes* illustrissimos, quorum parens fuit.

Et primo quidem *Sol* habebatur, qui sub titulo *Phœbi* nomen usurpabat, quæ vox lumen viventium significat. Non desunt tamen qui aliter sentiant, & solem dicant *Hyperionis* unius ex *Titanibus* esse filium, unde & *Titan* dicitur, eumque curru vehi asserant. Addunt eum sub *Vesperam* in *Oceanum* invehi, ubi usque ad sequentis diei auroram conqueiscit, quæ ubi primum illuxit, horæ accedunt, equos ad currum juncturæ.

A g lne

Infulam Rhodum præ cæteris adamasse visus est; & revera, Sotino teste, nullus anni dies adeo hubilis est in illa regione, quem sol serenâ facie non illustrat. In hac insula nata ipsi filia Rhodia, cujus natalem diem aureo imbre, magnâque rosârum subitò efflorescentium copiâ celebrem facere voluit. Nec ingrati Rhodii famosum illum exire Colossum in ejus honorem extrârunt, qui centum & amplius pedum altitudinem eminebat, crassitie altitudinem justâ proportionè adæquante. Hôc orbis prodigium à Saracenis eventum est, qui ad ahnum Christi 684, positi Insulâ, comminuerunt in frustra, unde tantum æris avexerê, quantum hongentis camelis onorandis sufficit, ut Historici memoriam prodiderunt.

Quod autem ad loca attinet, ubi Apollo sua reddenda oracula, Delphus præcipuè memoratur; ibi templum visebatur, operis elegantia magnificentiissimum, in numeris locupletarum donariis, quæ undique mitebantur. Sacris in templo illo fungebatur sacerdos Phœbas dicta, vel Pythia; & Pythonissa, quæ parvæ mensæ tripodali insidens, Divino entheatis Numine Enthusiânum ab Apolline accipiebat. Hæc mensa Tripus nominabatur, & Ceririna, quod Pythonis Serpentis exuvias contegeretur.

Musicæ inventio huic etiam Deo tribuitur, qui & Marsia Satyro cutem vivo detraxit, quod cum ipso de palmâ tanendo decertandi avidus, eum provocare non dubitasset. Musas Jovis & Mnemolynes filias instituendas accepit, Novem erant, nimirum Calliope, Clio, Erato, Thalia, Melpomene, Therspsichore, Euterpe, Polyhymnia, & Urania. Variâ à variis locis, ubi morâsi consueverant, nomina sortite sunt; nam modo Pierides dicebantur, à nemore Pieride, in Macedonia sito, ubi primùm lucem aspexerant; modo Heliconiades ab Helicone, qui mons est proximus Parnassa, loco ipsius præ relicto; qui gratissimo, unde Parnassides dicitur, & Cytherides à monte Cytherone; denique Castalidas vel Aganippides, à fontibus ejusdem nominis, earum honori consecratis.

Hic Musis ut & Apollini tum Poëseos, tum etiam Mu-

sicæ debetur inventio. Eorum potior erat officium sacris conviviis inire esse, ubi Heroum res gestas cantus celebrabant, ut alios ad illustria ejusmodi factiora excitarent. Castitaris laude celebrabantur, & Adoniædem Veneris delicias intersecere, quod aliquam amoris impudicæ flammam iis afflaxisset.

Reliquum est ut de prolihus Apollinis sive Solis aliqua dicamus, inter quos præter Rhodiam, cuius supra meminimus, fuit Ætha Medæ pater, Rex Colchidis, cui Phryxus Athamanti Thebarum Regis filius, cum noceretur in sidias eum sorte fugeret, de quo postea erit loquendi locus, vellus aureum donavit. Suscepit subinde Pasi phaëcn, quæ Minoi Cretensium Regi nuptui tradita, infami amore Tauri exarsit, unde Minotaurum suscepit, cujus historiam alibi exequemur. Denique Phaëontem, qui juvenili ambitione excecatus, Solis parentis curam regere, & mundo vel unam saltem diem facere petivit, & obtinuit. Sed viarum ignarus, quæ per cœli orbitam debent observare, eoque robore destitutus, quod par esset ad equos illos alatos qui imperu vehementi ferebantur, regendos, cœlos pariter, mundumque universum flammis accendit, quo facinore iratus Jupiter, eum vibrato fulmine interemit, equique in Eridanum præcipitem, ubi Helades ejus forores, fratri parentantem in Alnos, vel ut alii in populos, earum autem sacrymas in elastrum conversas esse Poëtæ fabulantur.

Non multo post hóc incendium tempore casus contigit priori contrarius; cum Deucalion, Prometheus filius, Regnum Thessaliæ obtineret; tunc enim aquas sic inundasse referunt, ut terrâ fluctibus altè sepultâ animalia omnia interierint; solus Deucalion cum Pyrrha Conjugis furenti elemento in monte Parnasso se subducere potuit. Cum autem se viderent solos, Deos rogânt, vel ut & ipsi viâ præstarentur, vel certè homines alios sibi vitæ socios procrearent. Precibus annuerunt superi; nam à Themide Dea justitiæ responsum acceperunt, voti se sustinere compotes, si Matris suæ ossa post terga jacerent. Ipsi ergo

ergo Tellurem magnam illam esse Matrem, ejus autem lapides ossium nomine vocatos esse rectè judicantes, oraculo parierunt. Quotquot ergo à tergo lapides Deucalion jaciebat, in viros totidem, qui verò à Pyrrha projeciebantur, in feminas repente mutabantur, à quibus deinde humanum genus in hanc usque ætatem rursum propagatum est. Hoc preteritis orbis diluvium, quòdque Ogygis Thebanorum Regis tempore contigit, eorum sunt nominatissima, quæ à Pœtis memorantur.

CAPUT VI.

Historia Dianæ.

Dianæ Apollinis sorori tria communiter à Pœtis nomina tribuuntur, sive ob diversa munia, quibus perfungi creditur; sive quòd tria Numina, quod passim faciunt, in unum ab illis confunduntur. Ut sit res habeat, duplex, sive triceps Hecate nuncupatur, eadem & in cœlis Luna & Diana in terris & apud Inferos Proserpina.

Primum ergo sciendum est Dianam, cum Luna dicitur, Varus præterea nominibus insigniti. Nam & Phœbe dicitur à Phœbo fratre, à quo lucem manatur; vel Chyonia qui Delia à loco, ubi eam natam esse credidit antiquitas. Endymionem pastorem adamavit, quem Jupiter perpetuo sopore dampnaverit, quòd suspectam haberet nimiam ejus cum Junone familiaritatem. Sed Amasium suum in montem transtulit Luna, ubi turis delitesceret. Porro huic fabulæ occasionem dedisse videtur Endymion, qui quòd totus esset in motibus Lunæ contemplandis, integras noctes in locis à turba remotis ad hoc studium exiebat. Magi Thesalici tantam carminibus suis vim inesse jactabant, ut lunam ex cœlis in terram exire canendo se posse crederent; ideoque hac eam animi causa descendere existimabant, quoties Eclipsim patebatur.

Secundo, Dianam in terris dictam fuisse memini, quo

nomine Sylvarum, Montium, & Venatorum Dea esse habebatur; quæ causa fuit, cur pharetrâ & sagittis armata depingatur, numerois sexaginta Nympharum comitatu stipata, quæ ab ejus latere nunquam recedebant. Partibus adesse credita est, hoc titulo Lucinas nominabant. Castitatis cultrix fuit perpetua, nec unquam pudori suo ullam inuri notam turpitudinis passa est. Specimen hujus edidit, cum Actæonis venatoris impudentiam severè ulcisci voluit, à quo, dum se cum sociabus lavaret, se nudam conspectam esse indignabatur. Postquam enim suam ei impudentiam gravissimè exprobrasset, eum in Cervum convertit, qui à propriis canibus pro fera habitus miserè disceptus interit. Templum Ephesi inter orbis miracula numeratum habuit, quòd Erostratus subiectis flammis everit, ut vel hoc facinore, cum alio non posset, nominis immortalitatem consequeretur. Nec tamen sic voto potius est: Ephesi enim edixerunt, ne quis vel ejus nomen pronuntiaret, latè in secus facientes capitis sententiâ. Tanti ædifici confagratio eodie accidisse dicitur, quò Alexander magnus in lucem prodit. Reperit sunt populi inter Sermatas Ponti Euxini accoltæ, quos Tauros vocant, qui non nisi homines Dianæ immolabant, & quotquot ex Græcia aut aliis exteris Regionibus naufragium passi, aut tempestate in oras illas pellebantur, ad ejus aras juglabantur, ut in Orestis Historia pluribus memorabo.

Postremò dicitur hæc triceps Dea apud Inferos Proserpina; maluit tamen ali Proserpinam Jovis & Cereris filiam, quam in Æna Siciliæ montè flores legentem Pluto vi rapuit. Unde factum est, ut Ceres amissam totò requirens orbe, coleadorum agrorum rationem mortales docuerit, usque glaudium in panem abeant: ideo & frumentorum frugumque Dea existimata est.

CAPUT VI.

Historia Bacchi.

THEBÆ civitas Græciæ, Baccho, Jovis & Semele filio natalis fuit. Hunc mater dum gestaret utero Junonis concubinas mariti quoquo modo pollet persequenti, odio doloque interit. Rem narro, Juno, animum vultu totoque corporis habitu ementia semel convenit, persuasitque, ut erat subdola, plurimum ipsius ad honorem interelle, si à Jove hoc gratia loco peteret, se ut fulmen manu contorquens inviseret, quo modo cum Junone eum solere congruere mentiebatur. Quod cum imperasset, fulmine tacta in cineres abiit, quod unum Juno intenderat. Sed Jupiter factum opportunè sublatum in semur suum insiit, inde jam luci maturus in auras prodit. Ita officio matris in Bacchum perfunctus occasione dedit cum *Bimatrem* nominandi: Lydia præterea nominanda habuit, ut Dionysii, Liberi, Bromii, Lyzi, aliaque, Syleno & Nymphis educandus traditus, quas in præmium institutionis Jupiter in cælum transferat in stellas convergit, quæ Hyades appellatur.

Bacchus peregrinandi cupidus omnes prope orbis regiones peragravit: Indos oppugnavit, vicitque, ubi & Nysam Civitatem condidit. Pompa triumphantis ab eo primum excogitata est, primitivæ regio insignis diademate triumphavit. Currus ejus à Tigrisibus vehabatur, & pelle cervinâ rectus sceptri loco Thyrium, id est lanceolam hederâ pampinifque circumnectam dexterâ præferebat. Ab ipso etiam vini potus in usum traductus est, quod cum Indis propinasset, toxicum putare, quod hoc potu ebrui velut in furias ægerentur, Humanis victimis, antea placebatur, sed post susceptum ad Indos inter Hircos tantum asinoive in sacrificium ipsi obtulerunt, nec malè: nam cum Bacchi nomine vinum intelligatur, homines solis ipsi Asinis, vel Hircis sacrificare dicuntur; ut disca-

mus,

mus, immodico vini potui addictos, vel stupiditate ac legnitate in asinos, vel obsecnitate morum in Hircos convertit. Et ut inter rectæ rationis & honestatis terminos ejus usus continetur, Bacchum à Nymphis educari conciscimus, hoc est aquæ assusione debere temperari. Præter Satyros ad sacris operandum suis solas adhiberi feminas voluit, quem per varias Provincias peregrinantiem cantando discurrendoque surpoundis similes penè assiduo comitabantur. *Bacchantes*, *Bassirides*que nominabant, *Thyades* etiam ac *Menades*, quæ voces rabiem & furorem sonant; quemadmodum & in ejus horrorenti tertio quoque anno lumina celebritate festa agebantur, unde *Triesterica* dicta sunt, vel *Orgia*, à Græco *Orgiis*, quod irascentis rabiem significat: ritus enim & æremonia ludorum erant, ut mulieres illæ, Tygridum aut Pantherarum exuvii formidabiles, palli capillis, cum tædis ardentibus, aut Thyris, per montes discurrerent, suum illud *Euboe Evans*, *Euboe Bacche*, hoc est, boni filii ingeminantes, quod nomen à Jove honoris gratia acciperat, quod, cum Gygantum bellum ingrueret, Bacchus formâ Leonis assumptâ, in eos irruisset, primumque obvium discerpisset.

CAPUT VIII.

Historia Mercurii.

MERCURIUS inter Deorum illusterrimos celeberrimosque numerabatur, non modo propter generis amplitudinem, sed etiam ob variâ officia, quæ Horatius Ode 10. libri primi elegantis carmine ad posteritatis memoriam exornavit.

Hunc enim Jovi Maia peperit; famosi illius Atlantalantis filia, qui cælum humeris sustinet: locum autem natalem in Cylleo monte Arcadiæ habuit.

Hoc autem præcipue inter cætera mania dignitatis obtinuit, ut Deorum nuncios esset ac interpret; hoc no-

mine

mine capite pedibusque alatus dextra Caduceum gestabat, id est, virgam duobus utrinque serpentibus implicatam, in pacis & concordia Symbolum. Ita in communi sermone hoc crebriò usurpamus, per Mercurium sermonem designari mentis nostrae interpres; qui cum summa celeritate ab ore proficiscatur, videtur evolare, quippe cum verbo nihil sit velocius quo pariter hominum animi possint odiis ad pacem conciliantur.

Alterum, quo fangebatur officium erat, vias itinerantibus demonstrare, & mortuorum animas ad Inferos deducere. Atque ita nemo potest viam excedere, ut Poëtae asserunt, nisi Virga Mercurii arctissimum illud vinculum dissolvatur, quo divina manus animam cum corpore collegavit. Cum autem Manes in Campis Elysiis morandi statum tempus explevere, ipse est, qui mira ejusdem Caducei virtute eos in alia tradit corpore, in quibus rursum vivere incipiunt, ut illi somniant qui Metempsychosin admittunt. Præter Citharæ, cujus exercitium primus invenit, certi etiam Lyrae generis auctor fuisse perhibetur.

Idem eloquentiæ Deus habitus est, quæ suis in legationibus, aliisque negotiis plurimum utebatur. Quin & furibus præfectus fuit, trisur ipse callidissimus, quod Apollo ipse expertus scribitur, cui Admeti greges pacenti, boum partem clam surripuit, nemine furtum præter Bæurum Pastorem observante, quod quia contra promissionem nimis extortam evulgaverat, in saxum conversus est.

Natus ipsi ex Venere filius Hermaphroditus, quo cum Salmacis Nympha ad fontem congressa fecit, cujus instantissimis motu precibus Dii utrumque in corpus unum, in quo tamen utraqueque sexus servatus est, conflavere. Hæc fictione innuere volebant octæ, quam perfecta esse debet inter conjugatos unio; talis nimirum, ut in unum quasi corpusque animamque amore reciproco coalerant.

Hæc denique à nonnulla laus Mercurio tribuitur, quod Dædalum tam excellenti artis architectonicæ cognitione

gnitione imbuerit, ut operum à se inventorum elegantiarum orbem admiratione compleverit. Hic Dædalus Athenis digressus in Cretam Insulam se contulit, ubi adjecta Minoi Regi opera, labyrinthum tanto aris miraculo spectabilem, tot viarum ambagibus inflexum elaboravit, ut qui cum ingressus esset, ob inextricabiles curvas & recurfus egressi non valeret. Ibidem ab offenso Rege cum Icaro filio in vincula conjectus, modum è carcere per ærea avolandi arripit sibi filioque, abs excogitavit. Neque sperni consiliumque eventus se felisset, nisi Icarus paternæ præmonitionis temerè negligens, soli proprio volare præsumpisset: cujus calore soluta cerâ, quæ humeris alas agglutinaverat, in subiectum mare prolapsus aquis submersus est, quas exinde Icaris appellârunt.

CAPUT IX.

Historia Veneris.

PRÆTER opinionem de Veneris progenie, quam Cap. 1. retulimus, alia est, quæ Jovis ex Dione filiam asserit. Amorum voluptatumque Dea credita est, ob incomparabilem oris rotunditatemque corporis, quæ omnium animis imperabat, venustatem. Currit infidebat, qui à Cygnis & Columbis lascivis volucibus trahebatur. Loca autem ubi præcipuo honore colebatur, erant *Amathus, Cysbera & Paphos*, deliciis & amoenitate nulli ea tempestate secunda.

Præter Hymenem, nuptiarum Deum, tres præterea Charites, hoc est, gratias peperit, quas comites ubique habuit individuas: ex eadem uterque Cupido prodire, quorum alter honesti amoris, obsecrarum alter Deus libidinum, alis insignis & pharetrâ, sagittis instructus ardentibus, quibus ad animos hominû Deorumque turpi libidine faucidos inflammandosque utebatur. Filium præterea suscepit Priapum, moribus rebusque gestis infamem, sacris in literis nominatum, qui solis astitinis victimis placebatur. Hæc demum parente *Aneas* apud Virgilium gloriantur, & quam

quatinvis hæc Deorum impudicissima, luparum more, omnibus se passim proficitæret, Vulcanum nihilominus conjugem haavit, ex quo tamen nullam suscepit prolem.

CAPUT X.

Historia Auroræ, aliorumq; Numinum Cælestium.

Lux illa diei prodroma, cujus radiis, priusquam Sol nostro in Hemisphærio appareat; extrema montium cacumina innubi cælo inaurari conspiciamus, antiquis Dea Auroræ dicebatur, quæ auro coruscanti invecita curru, roseis digitis, manibusque rore nectæore stillantibus, Solis adventum mundo prænuntiat. Hæc Dea Tithonium Laomedontis filium, cujus amore exarferat, vi sustulit, cui immortalitatem à Jove imperavit. Væiùm cum senectutem illi deprecata non fuisset, ipse ferendis extremæ ætatis incommodis jam impar, in Cæciadam conversus est. Aludric fabula ad Tithonium quemdam præcis temporibus celebratum, qui ut erat Astrologæ studiosissimus, diem suis prævertere studiis consueverat, & sub aurorem sidera contemplari; huius autem vigilantie beneficium, ad decrepitam usque senectutem, sed robusto adhuc validoque corpore pervixisse. Sed cum præter alia vitia garrulitas sit propria senectutis, inde factum est, ut in Cæciadam formatus esse diceretur.

Auroræ famosum illum Pugilem Memnonem Tithono peperit, qui in Trojano obsidione Priami partes tuitus in singulari certamine cum Achille commisso occubuit. Sed assistentis matris commiseratione in avem convertus est, eo tempore quo ejus cadaver in cineres abiturum in rogam conjiciebatur. Hanc Deam Ægyptii præcipuis honoribus coluisse memorantur, & nominatim ipsi Itanam erexit se, quæ primos solis orientis radios excipiens, risu lætitiæ restat, & suavem concentum edere videbatur.

Sidus illud, quod sub crepusculum matutinum luente conspicimus, Auroram parentem habere perhibetur: dicitur Venus ab Astrologis, ab aliis Lucifer, vel Phosphorus,

*TRAD

cum

cum suo lumine solem à tergo adventare denuntiat; cum vero post solis occasum, cursum se prodit, *Vesper* vel *Hesperus* appellatur; cujus officium est reliquo stellarum agmini prælucere, easque ad noctem suis illustrandam radiis velq; invitare.

Si Ethnici in numerum Deorum Auroram reulerint, mirum non est non tantum de Sole & Luna, ut supra retulimus, eos tam fabulosa credidisse, verum & de cæteris etiam globis cælestibus, quos vel certos quosdam homines ut plurimum esse dicebant, vel animalia, è terris in cælos translata, ac in stellas conversa, quorum pars maxima Deorum nomine censebatur sita de Herculo creditum est; ira de Cepheo cum Cassiopeæ conjugè, & filia Andromedæ, & Perseo genero. Eadem dignitas Erichonio contigit, qui ex Vulcani semine genitus, ut pedum quos Draconum mote filios habebat, de se jumentare tegeter, usum curruum reperisse memoratur. Stella illa in Polo Arctico, quæ aliis Cynosura, aliis Urta minor dicitur, quam navigantes boni ominis existimant, è Nympharum choro fu tu, quæ Jovis Infantis curam habuere. Urta verò maiorem, quæ & Helice, sive Callisto nominatur, ajunt esse Lycaonis Arcadiæ filiam, & à Diana in Urta figurâ commutatam; quod licet è suo foret Gynecæo, corrupti se nihilominus à Jove permisisset; usq; adeo pudicitiam adamabat, ut ne in suo quidem comitatu ullâ resisteret labem patereur. Sed miseræ fatum miseratus Jupiter, eam in astrum ejusdem nominis convertit. Quamquam non desunt, qui eam Plautrum nominent, quod minorum siderum ordo, quem præfert, vehiculi speciem in tuentibus representant, unde & Astru quod à tergo insequitur, Arctophilacem vocant, quasi Urta custodæ, aut Booteum, id est, vel ut Babulcum, qui curru moderatur. Sidus pluvie imminentes prognosticum, Orion dicitur, qui à Diana venationi adhibitus, tanto viri robore simulac industria valebat, ut nullis feræ, quantumvis ferocissimæ, occursum formidaret. Longu foret singula singulatim persequi; nam præter equum Pegasum, & Serpentem Hesperidum pomorum Custodem, Aquila quæ Jovi

B 2

Ga.

Ganymedem attulit, & Cetum advorandum Andromeden, de quo infrâ à Nepruno submissum inter cœlestia Numina censebantur. Mitto dicere de Cane Majore, de Canicula, cui & nomen Procyon, deque aliis sine numero animantibus, quæ vel in Zodiaco, vel in aliis cœli partibus statuuntur.

CAPUT XI.

Historia Neptuni, aliorumque Deorum maris.

NEptunus Saturno genitus, in Univerſi partitione, maris præfecturam sortito obtinuit: tridentem sceptri loco dextera præferens, conchâ marinâ tamquam curru invehitur, trahentibus vel ceris vel vitulis marinis, vel equis posteriori sui parte piscium speciem referentibus. Uxorrem habuit Amphitritem, sic dictam, quod mare suo ambitu terram complectatur. Hoc conjugium Delphino conciliante perfectum est, qui deinde relatus in sidera Capricorno proximus cœlos illustrat. Usum equorum primus reperisse creditur, quod equus de terra exsilisset quam tridente percusserat, cum in Areopago cum Minerva de nomine Atheniensi Civitati imponendo contenderet. Conſpiratione adversus Jovem constatâ implicitus, in terras relegatus est, ubi coactus Regi Laomedontis famulum addicere, in Trojana Civitate ædificanda operam posuit, ut in Historia Apollinis retulimus. Tritones supernè homines infrâ pisces genuit, qui certis piscium squamis quasi buccinantes, ab ejus latere nunquam recedebant.

Harpys præterea ex Tellure suscepit, monstra ejusmodi, quæ avari alicujus qualitates omnes aptissimè representabant. Facie erant in puellarum speciem efformatâ, sed exanguis pallore luridâ: reliquo corpore vultures erant, alatis humeris, pedibus manibusque in modum Gryphis in aduncos ungues dissectis, gulâ insaturabilî, immani membrorum mole terribiles; insciebant præſenti toxico quicquid teigissent, & obvia quæque furabantur.

Ipsi Oceano, cui Neptunus moderabatur, divinitatem affinxit

affinxit antiquitas, eundem fluviorum patrem credebant, & specie hominis Taurorum more cornuti, uti & reliquos fluviorum depingebant. Ex Theide uxore Nereum & Doridem suscepit, qui matrimonio sociati filias magno numero peperere, Nympha ù nomine à Poëtis celebratas; harum alix in cœlû translatæ, alix capillo viridi spectabiles partim in fontibus & fluvii, partim in pratis & nemoribus hæc illac dispersæ vagabantur. Napeæ, Dryades & Hamadryades, sylvis, agris, floribus, & simul pascuis erant præpositæ: Naiades ad fluvios, fontes, & loca irrigua morabantur: & Nereides, à Nereo patre sic dictæ, ad Oceanû destinatæ Alcyonibus, marinis avibus ut plurimû oblectabantur, de quibus hoc memorabile scribitur, quod rigidissima etiam hieme in maris fluctibus nidos construant, ubi dum pullos excludunt, vel jam exclusos educant, pacatur mare, & si quæ procella lingua, illæsi tamen velut in portu conquiescunt. Una Nereidum, quæ matris Theidis nomen retinuerat, formæ elegantia præ reliquis commendanda, amores Jovis sibi gratâ & decore demeruit. Sed Jupiter ab oraculo edoctus si nuptui daretur, eam filium suscepiturâ, qui patrem virtute & generositate superaretur esset, gloriæ quàm voluptatis appetentior à se demissam Peleo conjugem tradidit, cui & magnû Achillem peperit, de cujus armis & fortitudine spūs erit infrâ dicendi locus.

Protheus Neptuni pastor, phœcis pascendis præfectus, quos alii virulos marinos vocant, Oceani & Theidis filius fuit. Hic Larinis *Veruonius* dicitur, quòd in omnes se formas induere, & in quolibet se possit vultus convertere; atque ut erat suorum cognitione celebris, qui eum consuebant, imparatum ex improviso quasi adoriri, & vinculis arctè constringere debebant, ut eum ad pristinam formam induendâ compellerent, & respositum acciperent.

Glaucus, Ino & Melicertes Diis marinis etiam accensetur. Ille antea piscandi artem professus, cum diè quâdam advenisset, pisces in littoris gramen expositos, solo herbe illius tactu, quæ mixæ virtutis erat, subito resiliire in Oceanum; ipse vim quoque experiri voluit, quam ubi ori

admovisset, in furorem actus in mare se precipitem devolvit, ubi ab aquarum Diis in societatem perhumanius acceptus est.

De Inone plura & implicatiora referuntur. Athamanti Thebanorum Regi qui Niphelem priorum conjugem dimiserat, nupta Phrixum & Hellen mariti ex Nephelē liberos è medio tollere decreverat. Phrixus non verè infidus se subducturus modum reperit arietem aureo insignem vellere secum abducendi, qui ut pretiosissimus Regiæ familiaris thesaurus sollicitè servabatur. Hoc igitur cum sorore inventus in alias Regiones, procul à patria se recipit: sed dum mare traiciunt, Helle insolito asurgentium fluctuum spectaculo exterrita, in undas prolabitur, unde fretum illud Hellepontus dictus est. Phrixus Colchidem felicius elapsus, Jovi sospitatori arietem immolavit; quo inter quoddecim signa Zodiaci relato, detractum velleus penes Ætham Colchidis Regem remansit, quod intra septimum quodpiam Matri sacrum collocavit, ubi adhibitis custodiibus, studiose custodiri voluit, ut in Historia Jasonis referentur.

Injuriis Nephelis in Iberis illatam vindictura Juno, Athamantis animum ita perturbavit, ut mentis impōs & furore amens Inonem & susceptas ex ea proles ad necem quæreret. Illa tam repentinā viri mutatione territa, se cum Melicerte filio, in mare precipitem dejicit, quos Neptunus commiseratione motus in Deorum familiam advexit, quorum comitatu ad pompam utebatur. Ipsa deinceps Aurora credita est, dictaque Leucothea, seu primum diei nascentis diluculum; filius autem accepto Palæmonis nomine portibus maris prepositus est.

Sed non est mihi hoc loco prætereundus Æolus, cujus quidem imperium toti orbein complectitur. Oceanus tamen potestate singulari pervagatur. Ipse Venosorum Deus habitus, in Insula Siciliæ contemina domicilium fixerat, ubi eos conclusos atinebat, & pro arbitrio emittebat.

Superest ut de monstribus illis nominatissimis, quæ toto passim mari nautis infestissima ferebantur, pauca referamus.

mus. Scylla & Charybdis fauces Siciliæ occupaverant: & Charibdim quidem memorant mulierem fuisse asperigenit, & ab omni humanitate alienam, quæ in obvios quosque peregrinos belluino rubeat impetu, omnia diripiens & depopulans. Quæ immanitate cum aliquando boves Herculis abstulisset, indignatus Jupiter insanam vibrato fulmine prosternt; & in monstrum terribile conversam in maris voraginem, quæ ejus nomen retinuit, precipitem devolvit.

Scylla Nisi Megarensium Regis erat filia, quæ Minois Regis Cretensium amore excecata, nefarium in caput patris prodicionem constavit, ut infami libidine animum fatiaret. Hoc consilium susceperat, cum Minos bello Megarensem prosequeretur, & urbem Megarensis obsidione premeret, filii Androgei eadem ulturus, qui ab iis crudeliter trucidatus fuerat. Scylla obsidionis tempore ad civitatis moenia frequenter accedebat, ut gratissimo illo concentu se se oblectaret, quem edebant, ex quibus erant constructa; (nam Apollo, qui urbis fuerat Architectus Lyram suam super illos lapides depositam reliquerat, ex cuius actu hæc vim hauserant, ut vel leviter tacti, gratissimâ auribus harmoniâ resonarent) hæc princeps vi guncula vilo Minois, tanto ejus amore flagrare cepit, ut se ejus voluntati patrem tradituram sponderit, modo fore libidini obsequeretur. Omne negotium erat in crine purpureo, qui Niso patri capite excreverat, quem quando circumferret, à nemine poterat superari. Hunc ergo per summum nefas sopito patri reseculit. Sed Minos patricidale mulieris facinus detestatur; quamvis prodicionis fructum non recusat, eam in gurgitem maris fluctibus absorbendam deici voluit, ad promotorium quod Charybdim ex adverso respicit, ubi in horrendum monstrum abiit, cujus membra omnia à lateribus ad usque pedes in canum continuis eam latratus lacessentium formas conversa sunt. Aliam hujus tragediæ catastrophem retulerunt; scribit enim

Ovidius Scyllam in Alalam, Nisum in Accipitrem transmutatum, à quo illa assiduo exagitata poenas dabat perfidia: & hanc quidem ab altera longè diversam Scyllam esse referunt, quam Circe venenica in figuram illam mutaverat, favoris illius & gratia æmula, quam Scylla ista apud Giacum obrinebat.

Sirenes quoque non procià à Sicilia domicilium habuisse fabulantur, quæ superiori parte virginis referebant, reliquæ corpore pisces in longum à tergo serratæ abeuntes, aut vulgò depictas videmus in imaginibus, vel in statuis excitas: licet à Poëtis antiquioribus pedes quasque volucrum, loco caudæ illius piscium propriæ tribuerint. Tanta vocis suavitate & concentu modulari noverant, ut prætereuntes omnes suâ musicâ fascinosos facillè irretirent, quos deinde summâ crudelitate devorabant. In hac tabula symbolum habent clarissimum illicite voluptatis, cuius illecebris capti homines infelicem plerumque exitum sortiuntur, nisi Ulixis prudentiam imitentur, qui loca monstrosi illis infansæ præcevehens, nautas ac Epibatâs omnes cerâ aures obducere, se autem malo navis vinculis adstringi voluit, ne Syrenum blanditiis cum suis caperetur.

CAPUT XII.

De Divis terrarum inquilinis.

Cybele quam à Cap. Deorum parentem esse diximus, Telluris etiam Dea existimata est: idèdque sedens representabatur, coronata orbibus, latera utrimque stipantibus æthereis, variisque animantibus. Hanc quoque singulari cultu ut Deam suam pastores venerabant, à quibus & *Magna Pales* dicebatur.

Pan, Deorum agrestium facile princeps, ex Mercurio in Capri formam converso prodierat, idèdque promisso barbato, fassis pedibus, cornubusque in fronte prominentibus caprum referebat. Iæm Sylvanus nominabatur,

minabatur, quamquam Virgilius aliud de hoc sentire videatur. Eius familiaritate Nymphæ plurimum lætabantur, & choreas ducebant, sæpissimè ipso interim fistulam animante. Ab Arcadibus præcipuo honore colebatur, cui lac & mel in sacrificiis offerrebat, Mense Februarii certa festa, quæ Lupercalia à loco ipsi ab Evandro consecrato, ubi Romulus & Remus à lupa educati fuerant, nominabantur, apud Romanos in eius honorem quotannis magno apparatu celebrantur.

Pico Latorum Regi, filius fuit Faunus nomine, & ipse agrestium Deorum unus, nec postremus, quippè qui varia ad Agriculturam per necessaria primus reperit. Reliqui Fauni Satyricæ cornus frontibus, pedibusque caprinis monstrosi, eo patre genitii credebantur, Satyros iam ætate profectos Silenos nominabant, quo tempore assiduis comotationibus dies noctesque exigebant: qui inter eos & dignitate princeps erat, & ætate superior, is Bacchum infantem educandum susceperat, & quocumque pergeret, asino vehebatur, qui in bello quod Bacchus adversus Indos gerebat, magni sibi nomen comparavit: cum enim cœpisset rudere hostium Elephantos tanto terrore complevit, ut relaxatæ victoriæ gloria asino debeatur: propterea inter sidera relatus locum Cancro proximum occupavit.

CAPUT XIII.

Historia Deorum Inferni.

UT de Inferno ex veterum Poëtarum sententia breviter aliqua attingamus, supponendum est locum esse in terræ visceribus medium magnitudinis & vastitatis propè incredibilis, quo defunctorum animæ, vinculis solutæ corporeis, quam primum transportantur. Is locus suprema cum potestate Pluto imperat, Jovis & Neptuni frater, ut iniecio libri retulimus Uxorem habuit Proserpinam Cereris filiam, quam

vi rapere & in Orcum abstrahere debuit: cum ex toto Deorum gregē nulla reperitur, quæ maium, tam turpi facie indecorum non respueret, & in locum perpetuam nocte horridum subire non reformidaret.

Multis undique fluvii circumcingitur, quorum primus Acheron; aliter Styx dicitur quæ novices Regnum universum circumfluit: siliam habebat nomine V. Toriam, quæ cum Jovi contra Gygantes præliantibus, tantæ inter Deos venerationis esse cepit fluvius ille, ut qui per Stygis aquas jaravissent, iurejurando stare tenerentur, hæc poenâ violentibus proposita, ut & neſtare & divinitate per annos centum privarentur. Originem habet in fonte Arcadiæ aquis adæo pestilentibus, ut & potæ mortem afferant prælentissimam, & hausit non possunt nisi in vase ex Muli ungula confecto conservari. Tertius Coccyus Solis lacrymis augebatur. Quartus denique phlegeton, cuius aquæ vehementi æstu ebulliunt.

Hic semper aderat Charon Nauta senectutis decrepitiæ qui quosquos ex orbe appellabant, nullâ ordinis, ætatis, conditionis differentiâ cum divitiis inopes, cum Magnatibus infimæ sortis hominuculos promittente sine discrimine omnes in Cymbam transvehendos admittebat, ut quos æquâ moriendi necessitas pari jam conditione miscuisset. Quorum tamen castra insepulta jacuerant, iis ad centum annos expectandum donec traicerentur.

Navim excedentibus occurrebant Cerberus, triplici capite formidandus canis, & pilorum loco toto corpore serpentibus coopertus. Hic ad inferni fores perpetuò excubans, omnibus quidem adiutum, nulli verò exitum permittebat.

Intra inferni penetralia Nox horrida morabatur, inter Deas ex Chao natas facile antiquissima, secunda multorum Monstrorum mater, quæ locum illum funestissimum subeuntibus terribili specie primùm occurrebat. Nam præter Invidiam, Dolorem, Pauperiæ, Angorem, Laborem, Morbos, Crudelitatem, Desperationem, Mors pallida, & mortis frater Sopor videbantur.

bantur, hic tamen apud homines in magno honore ferebatur, ut qui mortalibus non parum faveret, & quietem conciliaret. Inter alios ministros comitesque, Mæpheo ut plurimum utebatur, qui somniis præfectus formas omnes inducere noverat. Ibidem præter Harpyas ad perpetuas tenebras condemnatas, Chimaeram videre erat ignes totis faucibus horrendum evomentem, quæ Leonem capite, Capram ventre, & immanem Draconem caudâ referebat.

Hanc sequebantur Furix, alio nomine Diræ, sive Eumenides, Tiphone scilicet, Megarâ, & Alecto, radiis armatæ ardentibus, rabie spumantes, oculis velut fulgurantibus scintillantes, viperis caput undique comarum loco ambientibus.

Erant & ternæ sorores, Clotho, Lachesis, & Atropos Parcæ à Poëtis dictæ, quæ in aula Pluronis versabantur, fatales prorsus Deæ, & viventium omnium fata casusque pro arbitrio destinantes: quidquid enim ex Deorum iudicio decreverant, necessitate prorsus incommutabili contingebat, nullâ vi aut arte declinandum. Filo, id est, humanæ vitæ cursus singulari præstant potestate, ita distribuit inter se officio, ut nau minima colum teneret, filumque duceret, altera sulcum flamine involveret: senior denique forcipe filum recicaret morte inevitabiliter consequente.

Manes ad Inferos admissi vitæ retroactæ rationes Minoi, Rhadamanto atque Eaco iudicibus reddere cogebantur, qui fatalem Unam tenebant manu, in qua omnium in terris viventium nomina inclusa servabantur, quæ casu fortuito educta, quem mori oporteret designabant. Hos iudicandi munus Deorum beneficio ipsis promissum fuerat, in præmium æquitatis, quam olim, dum viverent, in rebus administrandis singulari cum laude servaverant.

Neque silentio prætereundum duco singulare illud quod de Eaco memoratur: cum lues pestifera omnes Insulæ Aginæ Incolas sustulisset, ubi rerum sum-

ino cum imperio potitus fuerat, hoc à Jove impetravit, ut ad Regionem civibus iteratò frequentandam, quotquot ibi formicæ reperirentur, in homines commutari, quos idem Myrmidones appellarunt; licet reverà hoc nomen accepissent, quod agriculturæ plurimum operæ temporisque infunderent; in quo laboris genere formicæ imitari videbantur, quæ terram assidue congerunt & glebam moluntur.

Prola à à Judicibus in reos manes sententiã, aderant è vestigio Eumenides, quæ miseris ad ima tartara, loca supplicii destinata, præcipites devolvebant.

In medio flammarum rogo Gigantes videbantur, & Titanes sub immani montium incumbentium mole fatifcentes, nullã spe reliqua resurgendi. Hic Tantalus, bonis omnibus affluens, fame & siti cruciabatur. Iisdem addictus supplicii Salomonæus visabatur, qui Elidarum Regno moderatus, quod divinitatem affectasset, Jovis fulmine conderat: pontem enim incredibilis magnitudinis extruxerat, in quo, curru sublimis se circumagens, eos edebat fragores, qui referrent tonitrua, & terras ardentes vibrabat undique cum certa eorum pernicie, qui tangebantur. Erant item in his poenarum locis Danaides, quæ & Belides dicuntur, nomen ab avo mutuatæ Regis Danaï filio, à quo & Græci Danaorum nomen acceperunt. Hic Danaus coactus est eas Ægypti fratris sui filii nuptui tradere, qui quinquaginta erant numero; totidem videlicet, quot ipsæ. Sed omnes, unam si exceperis, eò perfidiæ devenerunt, ut suos singulæ maritos primã nuptiarum nocte per inauditam barbariem jugularent; ideoque in tanti sceleris supplicium ad tartara detrusæ, coguntur peruiso dolio, aquas affluo affundere, labore semper irritò, quippè cum tantam affluat, quantum infusum fuerit. Eodem migrare præterea Tytius compulsus est, quem serunt tam portentosæ esse magnitudinis, ut humi jacens novum terræ jugera corporis vastitate occupet. Hic ob illatam Latonæ injuriã,

ab

ab Apolline jaculis confixus, damnatusque ut securus eius vultures depauperent, quod in novum cruentis illis avibus pabulum perpetuò renascatur.

Nec leviori supplicio Sisyphus apud Inferos, prædò insignis, torquebatur, qui immani saxo in prærupti montis vericem evolvendo damnatus est, unde identidem ad ima revolvebatur, cum vel maximè labore se defunctum putaret; ita ut idem saxum insipientis volvendo revolvendoque, eodem perpetuò in subjectam vallem recidente, vano labore immensus crucietur.

Ixonem denique ad stygem damnarum fabularum, qui rotæ illigatus perpetuã circumvolutione agitur. Huic supplicio addictus fuerat, quod Junonis pudicitiam tentare non esset veritus; ipse Jupiter ut ejus insidias eluderet, nubem ipsi objecit Junonis formam referentem, ex qua Centauros genuit, sive monstra illa, quæ parte alterâ homines, alterâ equos repræsentabant.

Qui vitam cum virtute conjunctam traderant, alii que qui statutum tempus in Orco expleverant, in Campos Elystios, loca delictis & omni genere voluptatum fortunatissima transferebantur; quibus tamen post certum annorum numerum ibi exactum, in terras remigrandum erat, ut in aliis rursùm corporibus vivere inciperent, ne qua autem Camporum Elystiorum memoria speciosive superesset, ex Leche fluvio singulis potandum erat, cujus aquæ rerum præteritarum oblivionem inducebant.

CAPUT XIV.

De aliis quibusdam privatis Diis.

PRÆTER Deos omnibus communes, de quibus hæcenus, alios longè plurimos colebant Ethnici, quorum vel singuli singulis hominibus, vel certè quibusdam domibus familiisque erant præpositi.

Et à à domesticis incipiam, qui Lares aut Penates dicebantur.

dicebantur, nihil erant aliud quam efformatæ ridiculum in modum effigies, quas ut protectores suos deus univèrsa venerabatur, iisque certis temporibus thus & vinum loco sacrificii offerebant.

Cum singulis etiam, ut credebant, duo proprii & particulares genii, dicti *Dæmones* nascebantur; quorum alter erat bonus, ad virtutem & honestatem eos extimulans, & bonis cumulans eorum statui convenientibus; altero adversario utebatur, qui quantum alteri prævalere poterat, tantum eis malorum afferebat.

Fortunam denique esse Deam prædicabant, penes quam honores & divitiæ aliæque hujus vitæ bona, quæ pro suo arbitrio singula dispertiret, vel auferret, sed quæ cæca & instabilis rotam manu perpetuò volveret, quâ mox illos ad summa attolleret, mox ad ima deorsum depunderet, nihil idcirco in ea firmum, nil constans esset. Hoc Numen hominum pars maxima adorabat, cujus aureum simulachrum, magni principes domi asservabant, ut eam semper faventem experirentur.

Cætera minutim persequi nihil attinet. Nihil itaque de Dea Nevefi dicam, quæ in omnium criminum intantum semper oculum advertabat, ut poenas repoceret. Nihil de Deo Momo, omnibus invisio, qui ubique malè audiebat: erat enim obscurus, Somni ex Noctæ filius, & nihil dignum agens, utpote ineptus ad omnia, quærebat in singulis quod reprehenderet, omnetque carpebat insulfus blatero, quod & vano sui amore cæcus, & animo non satis constans omnes infra se despiceret; ut criticis illis solenne est, quorum omnis cura est alios observare, & quidquid ipsi non faciunt improbare.

LIBER SECUNDUS.

HISTORIA

SEMI-DEORUM ANTIQUORUM.

P R Æ F A T I O.

Hæstudus scriptorum antiquissimus tria Deorum genera ab Ethnicis olim fuisse creditâ memoriæ prodidit: nam præter illos primi ordinis, de quibus priore librò egimus, ærem innumera minorum Deorum multitudine, quos Demones nominabant, resertissimum esse supponebant; hi mortalium negotiis, ut ipsi quidem credebant, procurandis destinati, magnam in hæc sublunaria potestatem exercebant. Postremi erant plurimi qui ex parte vel patris, vel matris tantummodo, ex Deorum semine procreati, heroës vel semi-Dei vocabantur, ex quorum tamen numero eos nequaquam excludebant, qui virtutis exercitiæ famâ, & rerum præclare gestarum gloriâ ad Deorum perfectiorem visum fuerant propius accedere; atque adeo ad hunc supremæ dignitatis apicem evehebantur, licet parem cum aliis omnibus conditionem